



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

III. Markgraf Woldemar bestätigt der Stadt Oderberg die Niederlage, welcher alle Güter, ausgenommen die der Bürger von Frankfurt, unterworfen sein sollen, am 24. April 1313.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

et ab eodem vado rivulum descendendo usque in fluvium Vinou. Item ab eodem loco, ubi dictus rivus in fluvium Vinou incidit per transversum usque ad alium excelsum salientem fontem. Item ab eodem fonte lineariter usque in paludem Lichtuelde. Item eandem paludem descendendo usque in rivum, qui Mortbrügge dicitur, et ab eodem rivo usque in stagnum Poratz, et idem stagnum Poratz et aliud stagnum Jacobistorp cum omni utilitate et fructu ambo eidem dedimus civitati. Item eandem aquam descendendo usque in rivum Rogösen et eundem rivum descendendo usque in fluvium Vinou. Item totus campus Euersberg et totus campus Jacobistorp cum omnibus agris cultis et incultis, lignis, silvis, pratis, pascuis ac omnibus utilitatibus civitatis similiter sunt ejusdem. Item omnia in eadem distinctione comprehensata, in aquis quam in terris, sunt singula civitatis, molendinorum locis tantummodo hic exceptis. Preterea de vineis humuli et aliis communibus civitatis annuum sumet censum. Insuper quicquid iidem ciues in civitate in theatro vel casis insitorum, futorum, macellis panium vel carniium vel aliis edificare vel consequi poterunt, sibi pro communi utilitate civitatis totaliter reservabunt. Ne igitur dicta nostra gratia per nos, quempiam successorum nostrorum eidem Burgenlibus irritari valeat vel infringi, presentes eidem dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Testes quoque hujus sunt Johannes Sparre, Heino de Puhl, Henricus de Oderberg, nostri milites, Theodoricus de Bornum, Gerardus, Theodoricus Repkou, Michael et Henricus Thene et Conradus de Schonebeck, vasalli nostri, et plures alii fide digni. Datum anno domini M. CCC., die S. Bartholomei Apostoli.

Aus einer Gündlingschen Abschrift.

III. Markgraf Woldemar bestätigt der Stadt Oderberg die Niederlage, welcher alle Güter, ausgenommen die der Bürger von Frankfurt, unterworfen sein sollen, am 24. April 1313.

Nouerint vniuersi quibus exhibitur prefens scriptum, Quod nos Woldemarus, dei gracia Brandenburg. et Lusacie et de Landesberg marchio, tutorque incliti Johannis, de Brandenburg marchionis, Volentes nostros ciues opidi Odersberge, quos speciali promotione prosequimur, in eorum graciis et libertatibus, quas ab antiquo habuerunt, liberaliter conseruare, presenti decreto duximus statuendum, ut consuetudinem ab antiquo ibidem habitam, que pro iure merito est tenenda; videlicet ut omnes nauigio et singuli cum suis rebus eciam quibuscumque in Odera ascendentes ibidem depoficionem, quod Nederlage in vulgo dicitur, decetero habebunt, prout antiquitus est consuetum, Ciuibus ciuitatis Frankenuordenfis dumtaxat exemptis tantummodo et exclusis. In cuius facti euidentiam firmiorem presentes literas tradidimus nostri sigilli munimine de nostro consensu et certa sciencia roboratas. Actum et datum in opido Odersberg, Anno domini M^o CCC^o et XIII. in crastino beati Georrii martiris.

Aus einem alten Berliner Stadtbuche.